Incunabula. 38

Epistolae theol.

bross. 4

Chieregatus (Leonellus) de novis turbis in Basilicns. ecclesia exortis.

impr. Bart. Guldinbeck

Hain Repert. bibl. N. 4957.

GW, 6616 (Wist, 117)

Leonellus chieregatus Ep̄us Arben̄. S.d.n.
pape Referēdariꝰ Georgio iuriſcōſulto eccl'ie
ſancti Petri Baſilien̄. p̄poſito Salutē. pl. D.

Ex l'ris tuis nup accepi quant̄ i āguſtiis: vt tuis vbis
utaris ſis cōſtitutus: Et ꝓut meus inte amoꝛ ac ius iter
nos hoſpicij apud maioꝛs nr̄os ſanctiſſimū extit/ non medio
criter tibi condolui: Statuiq; cū vrbis vr̄e: tū domus dn̄i ce
lo ductus. Quid de hac noua apd̄ vos eccl'ie turbatione oꝛta
ſentiam: Quid ne ꝓ nr̄a cōmuniq; tranqllitate a vobis agē-
dū cenſeā tibi ſignificare veritꝰ ne hec parua cintilla magnū
qn̄q; qd̄ ⁊ vos cōpꝛehēdat emittat incendiū. Verū ne te diu
tius detineā/ dicā libere qd̄ optarim. Nollē inſignē illā nr̄aȝ
Baſilenſium ciuitatē: cui oīa pſpera cupio/ cuȝ multa nos/
quādo ad eam diuertimꝰ/ pꝛoſequuta fuerit benignitate/ vete
reȝ ſibi inuſtā maculā: que omni conatu delenda erat/ innouar̄:
Nollem ipſam nūc velut canē ad vomitū regredi: Nollem
in antiquā erga ſanctā ſedem ap'licā rebellionē pꝛolabi: Nol
lem deniq; tantā apd̄ cūctos catholicos populos infamiā in
currere/ vt de ea dici poſſit: Quod de Boemis vbiq; nō ſine
nota diuulgat'/ vt quicūq; ſediciosus: quicūq; fugitiuꝰ: qui-
cūq; celeſtꝰ in dei eccleſia turbas: ſchiſmata: hereſes excitar̄
voluerit/ tutū apd̄ Baſilienſes pfugiū inueniat. Fugienduȝ
eſt hoc pꝛobꝛuȝ: detergenda eſt iſta macula: Hec infamia eſt
abolenda. Quāto glorioſioꝛ eſt vrbs ipſi vicina Conſtantia.
Illa eni inueteratū i eccleſia dei ſchiſma ſedauit: Illa paceȝ
populo xp̄i: Et vnionē pepit eius eccleſiis: Hec ydolū ado
randū in loco ſancto erigere: Hec tunicā dn̄i inconſutilē: quā
ipius etiā crucifixoꝛes ſcindere noluerūt/ in ptes diuidere nō
expauit. Potuit tūc foꝛte ſacroꝝ Cōſtantienſis: ⁊ Senenſis
concilioꝝ ac Martini qnti: ⁊ Eugenij q̄rti ſummoꝝ pōtificū
auctoritatē erratis ſuis excuſatōȝ obtēder̄. At nūc dei eccl'ia
in pace quieſcente: Sedente i ea Sixto q̄rto vnico indubita
to Romāo pontifice: Qui ⁊ ſacra doctrina: ⁊ oꝛthodoxa re-

ligione: ꝛ candida anteacte vite puritate/ cōcordi amplissimi ordinis consensu ad tanti apl'atus apicem ascendit: Qui cūctis rei.p. iminētibus necessitatibus vna cum sacro senatu salubriter prospicere non cessat/ quā cām: quā auctoritatē iure probatā eius trāquillitatē turbandi pretēdere velit ignoro. Neq3 eni Constantiensis cōcilij: quod apud vos (vt audio) proferť i mediū/ me hac in re decreti mouet auctoritas: qua freti ecclesiastice pacis turbatores isti sub specie cōgregādi concilij/ vt eiusmodi decreto obtēperetur / Turbato rei pu. statu/ ꝛ criminū suorū meritas pēas euadere: ꝛ ambitioni sue inseruire: ac se nouarū molitiōe rerū alere nituť. Nā postq̄ in ecclesiis/ sicut i Romano impio/ aucta est auaritia: ꝛ creuit ambitio/ fuere semp̱ i eis hoīes hipocrite: quibus nulle opes nulla virtus adest: Qui veterū suarūq3 rerū odio. ꝛ studio nouarum mutari omnia cupiētes/ vt sibi placeāt/ prepositum sibi episcopū sup̱bo tumore contēnunt: maledictis lacerant: ꝛ cūctis machinatōibus impugnare nō desinūt. Hinc heresum initia scaturiūt: hinc schismaticorū conatus erūpunt: Sic (vt inquit Ciprianus) de ecclesia receditur: Sic altare pphanū foris collocať: Sic cōtra pacē xp̄i: ꝛ ordinatōē atq3 vnitatē dei rebellať. Non mirum/ si beatus Hieronimus vir in omni doctrinarū genere cōsumatissimus veteres (vt ipse testať) scrutans historias neminem scidisse ecclesiam: ꝛ de domo domini populos seduxisse potuit inuenire/ p̄ter eos: qui a deo positi fuerāt sacerdotes: qui/ cū i laqueū tortuosum fuerint cōuersi oībus i locis scandala ponūt. Dixi (vt eo redeā vnd diuerti) me hoc sacre Cōstantiensis synodi decreto hac i re nō moueri: Qd audacter dictū forte putabis: Sed id nō temere dixisse facile comprobabo. Quāuis enim tempora generalibus conciliis celebrādis a sancta Constantiensi synodo fuerint p̄fixa: quibus aduenietibus/ qui cōcilio interesse teneť/ debēt in eo absq3 alia vocatione comparere/ cum terminus iuris p homine quemlibet interpellet: Nemo tamen meo exili in-

dicio/posset nunc absq superioris interpellatione legittimū vniuersalis ecclesie conciliū Basilee aut indicere: aut se p eo celebrando exbibere. Cum enim canon ille ita generalia concilia iubeat celebrari/vt primum a fine ipsius Constantiensis concilij i quinquēnium īmediate sequens: Cui termino babita Senis vniuersalis synodus satisfecit: Secundū vero a fine illius īmediate sequentis ꝯcilii i septēniū Quod Basilee: Ferrarie: Florentie: ac demū laterani impleuit Eugenius: Et deinceps de decennio in decenniū perpetuo celebrētur in locis: que summus pontifex approbante ꝛ consentiente concilio: vel eo deficiente ipsum concilium assignauerit/Nec ab exitu Basiliensis ꝯcilii siue (vt modo dicebā) ab Eugenio Romano pontifice nō sine ipsius synodi ꝯsensu Ferrariam primo: deinde Florentiā: inde Romam: Siue ab Amedeo in sua obedientia felice tunc appellato Lausanam translati/pluribus iam (ut ipsimet turbatores aiunt) decursis decēniis) vllo in loco quispiā celebrandi generalis cōcilii causa vsq ad banc temporum temeritatem cōparuerit/ Clarum est illius auctores decreti eundē terminū ꝯtrario facto reuocasse: aut saltem pericula: ꝛ scandala vnioni: ꝛ geti fidelium/experientia cōprobante/ex eiusmodi cōciliis veresimiliter prouentura formidantes declarasse nolle bac vice generale concilium celebrare. Nibil est enim secundū sanctissimū ius: quo vtimur) taꝫ naturale/q̄ꝫ vnūquodq vinculum eo modo solui: quo fuerat ligatum: Maioremq vim babēt proculdubio facta/q̄ꝫ verba: nec tacitū regulariter differt ab expresso. Prelati ecclesiarū (vt boc lucidius dicam) in Cōstantiensi synodo congregati terminum illum conciliis generalibus celebrandis statuerunt/ydem ecclesiaruꝫ prelati: ex quibꝰ cōcilia ꝯstituunt/ī termino lapsi primi decēnii: nec tot ānoꝝ curriculis/post vnq̄ꝫ ad synoduꝫ veniētes vident ipm terminum abrogasse. Nec moueat quēpiā ꝙ finis decēnii a die dissolutōis ꝯcilii Basiliēſ. numerādi sit ītiū noui cōcilii

celebrandi ita q̄ sancti pr̄es post decēniū possint quādocūq̄
Generalis concilij celebrationis causa simul conuenire. Nā
licet hec consideratio videat̄ his ecclesiastice pacis turbato-
ribus applaudere: nō tamen potest conatus eorū cōfirmare.
Ex ea enim/si admitteret̄/absurdum hoc ingens sequeret̄/ q̄
quandoq̄ etiā longo tempore post decēnium vel paucissimi
patres congregati possent/accusata reliquorū contumatia/ad
concilij celebratiōꝫ pcedere: ⁊ vniuerso orbi legē imponere:
Quo quid absurdius excogitare possit/ignoro. Nam cuꝫ in
termino decēnii nemo cōparuerit: nec tā longo tp̄e post quis
q̄ se obtulerit/nō pōt aliquis negliēs estimari ita/vt nōnulli
postea veniētes absentiū cōtumaciā valeant accusare/q̄a cuꝫ
in termino totq̄ annis post ipsuꝫ nemo ꝯparuerit/nō cogunt̄
alioꝝ tam diuturno tp̄e post cōparentiū aduentum diuinare
Nec (vt dixi) venire tenentur: neq̄ negligentie: aut cōtuma
cie possunt accusari/cū termin⁹ ipse vniuersali consensu p̄ nō
cōparitiōꝫ memoratam videat̄ esse sublat⁹: Sed noua op⁹
est sup̄ioris: ad quē iure ptinet/vocatione. Sic enim pdidere
iurecōsulti/q̄ si p̄ me nō stetit/quo minus creditori i termino
satisfacerē/nō possum absq̄ noua īterpellātione i mora cōsti
tui: Quā interpellatiōꝫ ad hos pacis ecclesie turbatores fa-
ciendā haudquaq̄ spectare/nemo est: qui nesciat. Nec mihi
quisquam opponat vndecime Basiliensis synodi sessionis de
cretum: quo caueri videtur/vt quamuis in principio termini
non cōparuerint prelati/facultas tamen celebrandi concilii p̄
ipsos non expiret: Sed/quanto citius fieri poterit/celebret̄
Nam decretum illud/etiam si foret obseruandum/quantum
ex eius verbis colligi potest/ congregandorum patrum com
moditatem considerauit: ipsisq̄ commodum post dieꝫ termi
ni spatium veniendi concessit: Non autem facultatem eius-
modi: que ciuiliter est intelligenda vsq̄ i ꝯsummationem se
culorum ipsis prorogasse videtur. Non obuiat igitur quin
tanto tempore post terminuꝫ prelati non comparentes: quo
pluries commoditas conueniendi potuit ipsis adesse/cense-

antur hac vice (vt ante dixi) congregandi se concilii causa terminum reuocasse. Decretum illud preterea eo casu loq manifestum est: quo in precedenti concilio locus pro futuro fuerit assignatus. Clarum est enim loci definitionem fore necessariam: vt sciant cuncti quo debeant proficisci Et vbi pro celebrando concilio debeant cõmorari. Quod ita esse/vt antiquiora relinquaz/tam Constantiensis q̃ ipsius Basilieñ. synodi decreta demonstrant. Que loci constitutio/si in precedenti concilio facta non fuerit/Non dubium est sanctos p̃res ad conueniendum eiusmodi decretis interea non artari: eãq̃ ad summi pontificis arbitrium ptinere. Cum igitur non constet ante dissolutum Basiliense: siue (vt rectius loquar) Lateranense conciliuz aliquem pro futura vniuersali synodo locum fuisse deputatum: Nec ppterea tam Constantiensis/q̃ Basiliensis synodi decretis ecclesiarum prelati nũc ad generale concilium aliquo cõmeare cogantur: Quod omnia superius dicta confirmat. Mirandum est certe: pariterq̃ dolenduz nõnullos id: qđ Romani pontificis est/temere sibi usurpare non erubescere. Quod si cõciliũ Basiliense nunq̃ nec alio translatũ: nec ullo pacto dissolutũ fuisse non verent̃ affirmare: ⁊ quamuis iam diu post cunctorum patrum discessum istic non viguerit: Cuztamen negotia ĩ eo cepta non fuerint finita ip̃is redeũtibus ex primeua institutione eodez in loco absq̃ noua Romani pontificis cõuocatione celebrari posse impudenter asseuerant/intelligant concilium generale esse ď bis: que ad existentiam sui requirunt non solum habitũ/sed etiam actus exercitium: quo deficiente/non sufficit habitus. Verum cum a tot annorum curriculis non conciliaris actus exercitium modo defecerit/Sed etiaz habitus ip̃e discedentibus cũctis p̃ribus: ⁊ nullo presidente pseuerante: in quibus ⁊ habitus: ⁊ actus cõsistebat/euanuerit: nemo sane mentis dicere auderet. Basilee nũc sine noua Romani pontificis loci assignatione: ⁊ ad eum locum prelatoruz vocatione generale conciliũ celebrari posse. Cauendum est.n. (vt est ĩ sacris lr̃is)

ne holocausta nostra i omni loco: quem viderimus| sed i eo: quem elegerit dominus| offeramus. Desinat igitur insignis ista ciuitas vestra his facinorosis hominibus: qui altare contra altare eriger̄ nō expauescunt| fauere: Desinat hos vinee dn̄i euersores tutari: extollere: nutrire: Odiat malignantiuz concilisbula: z impiorūz conuēticula abhominet̄: Pluris qꝫ faciat deum: z eius ecclesie sancte pacem: z vnitatē| q̄ꝫ sperati alicuius temporalis cōmodi usum: Recordeturqꝫ non solū Chore: Datan. z Abiron: qui sibi cōtra Moysen: z Aaron sacerdotē sacrificādi licētiā ausi sūt vsurpar̄| hiatu terr̄ absorptos meritas illico tā sacrilege audātie pēnas luisse| Verū etiā ceteros ducētos qnquaginta: qui se ab ipsis separe noluerūt| ignem a domino prorūpentem consumpsisse. Quo exemplo (vt Cyprianus inquit) Edocemur omnes obnoxios culpe: z pene futuros: qui se schismaticis contra prepositos: z sacerdotēs suos irreligiosa temeritate miscuerint. Nam non solū duces: z auctores| verū etiam tanq̄ꝫ huius furoris participes supplitio destinant̄: qui se a cōmonione malorum non segregauerint| precipiēte p̄ Moysem domio z dicente Sepamini a tabernaculis hoīm istorum durissimoꝝ: z nolite tangere de omnibus: que sunt eorum| ne simul pereatis in peccatis eoꝝ Clamat etiam per Osee prophetaz spiritus sanctus: z dicit Sacrificia eorum tanq̄ꝫ panis luctus: z omnes: qui manducant ea| contaminabuntur. Indicans omnes omnino cū auctoribus suis supplicio coniungi: z qui fuerint eoruz peccatis cōtaminati. Auferte igitur (vt ad vos Moyses vociferatur) malum de medio vestri: z expellite eiusmodi homines| ne ipsorum peccatis contaminati vna cum ipsis pereatis. Quod si tante nō estis potentie vos: qui bene sentitis| quid agere debeatis Eloquia sacra vos instruunt| Recedite: z exite inde: z immundum ne tetigeritis. An vobis nō ingens crimen esse videtur his hominibus adherere: hos nutrire: cum his conuersari: his tutelam prestare: qui preposito suo: qui summo

pontifici: qui christo domini palam maledicere: qui ecclesiã dei scindere: qui innumeros errores in agro dominico serere nõ reformidant? Quid vobis cõmune cum istis: qui Salomonem nõ audiũt in spiritu sancto dicentem / Ex tota anima tua time deum: et sacerdotes eius sanctifica. Et iterum cõmonentem honora deum ex tota anima tua: et honorifica sacerdotes eius? Quid sustinetis hos falsos fratres diuini apostoli Pauli haudquaq̃ memores: qui cum sibi dictum esset sic in sacerdotem dei maledicendo irruis: ipseq̃ respondisset nesciebam fratres quia pontifex est / scriptũ est enim principem populi tui nõ maledices / Sic de pontifice: cuius iam sacerdotium cessauerat / loquens nos prefecto voluit erudire non esse veris põtificibus detrahendum? Quid tolleratis? quid alitis eiusmodi personatos hypocritas: qui nõ a deo vocati tanq̃ Aaron / honorem sibi sua temeritate assummere p̃sumunt: Qui calũnias: qui turbas: qui conuenticula: conflare moliunt aduersus dominũ: et aduersus christum eius? Cum debuissent iuxta veterem ꝓbatãq̃ beati Gregorii sententiam siquid habebant contra ipsum: si eum redarguere volebant: vel extra auctoritatem facere cõtendebãt / ad apostolicam sedem venire, vt ibi ante cõfessionem beati Petri cum eo iuste decertarẽt. Sic Damasus: sic Sixtus: Symmachus: et Leo summi põtifices nõ i cõciliabulis calũniantiũ / sed i synodis a se legittie apud ap̃licam sedem indictis malignãtiũ calũnias diluerunt. Sed quid isti contra vnicũ: indubitatũ: sanctumq̃ pontificem p̃tendere velint / non video: nec (vt arbitror) licet latrare non cessent / ipsi nouerũt: Cuius si benefacta vellem nũc recensere / et ep̃le modum excederem: et que vniuerso orbi notissima sunt / cõmemorans nil tibi noui significarẽ. At cum magnis i rebus administrandis difficile sit vnicuiq̃ posse placere: Cum i reddenda iusticia / vt p̃limũ / alteri ptiũ displiceat. vnde illud vulgatũ summũ ius summa iniuria / ideo qui presunt iurisdictioni: q̃bus ex officio incũbit arguere: increpare:

suspendere: ꝛ ligare: aliisq̄ʒ cobertõibus uti/ Innocentio iii° Romano põtifice teste/ freq̄nter incurrũt odiũ plurimoꝝ: ꝛ insidias sepenumero patiunt̃: Cũq̄ʒ sint tanq̄ʒ signũ ad sagittaꝫ positi/ nũq̄ʒ õsunt subditi: qui de ipsis conq̄rant̃: qui ipsis maledicãt: ꝛ aduersum eos crimina confingant: Non debent tñ/ vt Cornelius Romane vrbis ep̃us est auctor/ cõuiciis perditorum moueri/ quo minus a via recta: ꝛ a certa regula nõ recedant: quã ꝛ apl̃us instituit dicens/ si hoĩbus placerẽ xp̃i seruus nõ essez. fugiẽdi sunt nihilominꝰ hi pestiferi detractoꝛ̃s: his nequaq̄ʒ est cõicanduꝫ: nõ refugiũ cõcedenduꝫ/ si huiꝰ seculi honoꝛẽ tangimur: si dei timoꝛe pr̃iter ꝛ amoꝛe monemur. Hec mi Georgi liberiꝰ: diffusiusq̄ʒ/ q̄ʒ ab initio statuerã/ dictani impetũ calami/ ne dicã spũs retiner̃ nõ valens: qui absq̄ʒ ulla libroꝝ reuolutiõe quicq̄d ĩ buccã venit/ vt aiunt/ exarui: Quod ĩ bonã partẽ accipias queso/ cũ a beniuolẽtissimo aĩo erga te: pr̃iamq̄ʒ tuã p̃ficiscat̃: quos nollem tantis inuolucris que/ nisi vobis caueritis/ videre video/ implicari: Quibꝰ nescio quando poteris/ si ĩ ea incideris/ extricari. Nollem etiaꝫ sanctã ecclesiam catholicã ĩ partes a nephãdis turbatoꝛibus istis discerpi: Et apud vos p̃serti huius impietatis officinaꝫ p̃parari. Quibus malis om̃i suasione: industria: diligẽtia: conatu: ꝛ auctoꝛitate/ quantum poteris/ poteris aũt multum/ vt occurras/ ꝛ hoꝛtoꝛ: ꝛ rogo motꝰ soliꝰ dei: ꝛ eius ecclesie zelo ac tua: patrieq̄ʒ tue causa/ non vt alicui potẽtioꝛi cõplaceam. Uale Rome xv. kl̃. nouembꝛis. Mcccclxxxij.

Hecq̄ʒ impꝛessa est epistola per honoꝛabilem ꝛ discretũ necnon ingeniosum virũ magistrũ Bartholomeũ Guldinbeck de Sultz.

Laus deo